

mēs, vt etiā impendiō induret, adeoq̃
 tantum eius relinquat, quantū ad de-
 centem partium connexionem sit ne-
 cessarium, vt & hinc inuitandę formę
 materia disponatur excolaturq̃. Qua
 de re non diffitentur philosophi illi,
 quòd quamuis lapilli hi à frigido coa-
 luerint, à calido tamen, citra alterius
 humoris appulsum, liquari contuma-
 citer recusant: quod videlicet tanta
 in illis humidi sicciq̃ naturalis com-
 mixtio, germanitas & necessitudo, vt
 suo omni ex parte contrario affici re-
 nuant: nec non, nisi familiaris qualita-
 tis illicio affecti, ad externe qualitatē
 actionem conuiueant. Quanquā non
 deesse compertū habeamus qui duo
 tantū elementa recipiant: ac frigi-
 dum vt à natura, ita ab omni actione
 secludant, qui debile calidum

Gemmarum causam con-

stituunt: de quibus

aliās.